64

episcopum sedunensem & folradum prbm &
alios plures sacerdotes. comites & iam atq;
primatos fratris sui. Inter quos uel praecipui
fuere uuarinus & adalhardus adse uenientes
suscepit. Nam uxor eius & filii cum parte op
timatū in italiā pfecti sunt. Rex autē pro
fectionē eorum in italiam quasi superuacuā
patienter tulit. celebrauitq; natalem dni
attiniaco. & pascha haristallio; DCCLXXII.
Romae stephano papa defuncto. hadrianus
in pontificatu successit. Rex ū karlus congre
gato apud uuormaciam generali conuentu
saxoniam bello adgredi statuit. tamq; sine
mora ingressus ferro & igni cuncta depopu
latus eresburgum castrum coepit idolum
quod irminsula saxonibus uocabatur euer
tit; In cuius destructione cū in eodem loco
per triduum moraretur contigit ut propt
continuam caeli serenitatem exsiccatis om
nibus illius loci riuis ac fontibus aqua ad
bibendum inueniri non poss& sed ne diutius
siti confectus laboraret exercitus diuinit
factum creditur ut quadam die cū iuxta

Attiniaca

Eresburg

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod510_foll31-133/0067